



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XL. Varios Ex leivnio Frvctvs Capiunt Ecclesaistici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

§. Atque in his ieiunij diebus nocturna refectio-  
tula, sed tenuis sumi potest, de qua Concil. Hildesemense  
in formula viuendi Canoniorum cap. 47. Si ieiunium, ait, ex-  
riterit, tunc secundum consuetudinem potest ad collationem a-  
liquid parum gustari, siue de speciebus, siue de torta, cum potu  
conuenienti. Atque hæc grauissima sit causa, cur Eccle-  
siasticum Clericis ieiunium seruandum, quia illis hoc  
cum aliis, & præ aliis ab Ecclesia, vt ostendimus, præ-  
ceptum est.

## CAPVT XL.

VARIOS EX IEIUNIO FRUCTVS CA-  
piunt Ecclesiastici.

§. **L**ibenter ieiunent, vt varias, quæ ex ieiunio pro-  
manant, utilitates consequantur, quæ autem i-  
stæ sint ex S. Patribus commemorabo. S. Athanasius l. de pori pariter  
virginitate. Vide, ait, quid faciat ieiunium: morbos sanat, di- que animo  
stillationes exsiccat, demones fugat, malasque cogitationes ex- salutare.  
pellit, & mentem nitidiorum reddit, & cor purgatius, & corpus Ieiunium si  
salubrius, & ad thronum Dei hominem sistit. Ieiunium Ange- stit hominẽ  
lorum cibus est, & qui eo vsitur ordinis angelici censendus est. D. ad thronum  
Basilii hom. 1. de ieiunio. Ieiunium, ait, prophetas generat, po- Dei.  
tentibus addit robur. Ieiunium legumlatoribus ministrat  
sapientiam, bona anima custodia, corpori tutus conuictor, ar-  
matur a fortiter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc ten-  
tationes depellit, hoc vrget ad pietatem, vigilia familiaris comes, Ieiunium a  
sobrietatis architectus. In bellis addit fortitudinem, in pace do- ptat sacer-  
tet quietem, Nazareum sanctificat, sacerdotem reddit sacris i- dotẽ ad per-  
doneum. Neque enim fieri potest, vt is absque ieiunio sanctum agendũ ri-  
ministerium cum fiducia peragat, non tantum in mystico ho- te sacrificiũ  
rum temporum, veroque cultu, verumetiam in eo, qui iuxta le- Ieiunij lau-  
gem in figuris peragebatur. S. Chrys. hom. 1. in Genes. Ieiunium des & vti-  
remedium animarum nostrarum, mater omnium bonorum, & pudici- litates.

pudicitia, aliarumq; virtutum omnium magistra. Et beatus  
 in Genesim. Ieiunium est animarum nostrarum tranquilla  
 senum decor, adolescentum padagogus, continentium ma-  
 ster, quod omnem aetatem & sexum quasi diademate quo-  
 ornat. Et hom. 1. de ieiun. Ieiunium Angelorum imitatio  
 nostro virili, contēptus praesentium, schola precum, alimen-  
 tuma, frankm oris: & mitigat concupiscentias, seivnt, que-  
 nant; & mitigat voluptates, & non ingnorant quis tentari  
 mollit furorē: comescit iram, sedat fluctus naturae, excita-  
 tionem, clarā facit animam, alleuiat carnem, fugat falsas  
 tēperantias nocturnas, liberat ab ebrietate, tollit capiti dolo-  
 claros affert & colores, & aspectus. Bene compositi sunt ve-  
 gestus, facilis lingua, abest risusebriorum, recta est cogitatio  
 non enim effunduntur concupiscentia: hilaris est contentio  
 serenitas inualefcit. Sanctus Ambrosius libro de Helia & u-  
 nio capite tertio. Quid est ieiunium, nisi substantia & me-  
 celestis? Ieiunium refectio anime, cibus mentis est. Ieiunium  
 vita est angelorum, ieiunium culpe mors, excidium delictorum  
 remedium salutis, radix gratia, fundamentum est capiti-

Ieiunium pre-  
 oum Doctor.

Ieiunii mo-  
 destia.

Ieiunio qua-  
 si gradib. ad  
 Deum ascē-  
 ditur.

Quibus mo-  
 dus cōcilian-  
 dus Deus in-  
 ter quos ie-  
 iunium.

Hoc ad DEVM gradu citius peruenitur. Et capite octaui  
 iunium continentia magisterium est, pudicitia disciplina, leni-  
 litas mēris, castigatio carnis, forma sobrietatis, norma veritatis  
 purificatio anime, miseracionis expensa, lenitatis institutio,  
 ritatis illecebra, senectutis gratia, custodia iuuentutis, lenitas  
 infirmitatis alleuiamentum, alimentum salutis. Et capite  
 iunium est reconciliationis sacrificium, virtutis incrementum  
 S. S. Cypr. serm. de lapsis: conuertimini, inquit, ad Do-  
 num mente tota, & pœnitentiam criminis peris dolorib. expen-  
 dentes Dei misericordiam deprecemur illi se anima propiti-  
 illi mœstus, satisfaciatur, illi spes omnis incumbat. Rogare quo-  
 ter debeamus dicit ipse: Reuertimini, inquit, Joel. 1. 12. aliter  
 ex toto corde vestro, simulq; & ieiunio, & fletu, & plangitibus  
 scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ad Dominum  
 totq; corde redeamus. Iram eius & offensam, ieiunio, fletibus  
 planctibus sicut admonet ipse, placemus. Et ibidem: Deum

ieiunius Deum promereri nititur, in sacco & in cinere voluatur, exomologesin faciens dolenter, & dicens cap. 9. versic. 4. *Domine Deus magnus & fortis, &c.* 1. ergo fructus ieiunij est, quod corporis sanitatem vel conseruet, vel recuperet, illudque sanius efficiat, vt ait S. Athanas. & Basil. & etiam pulchrius, vt affirmat Diuus Chrysostomus, quemadmodum & ostenditur Daniel. 1. versiculo decimo quinto. Hoc probant Medici, qui ægris statim ieiunium, in diem, dietam præfiniunt, & diutissime vixerunt, qui feuerillimè etiam ieiunarunt, vt S. S. Anton. Paulus, Hilari-  
*Ieiunium sa-  
 nitatis & cu-  
 perator, & n-  
 seruuat.*

on, Romoald. & alij. Quin & ieiunium corpus, spiritui, tanquam mancipium legitimo Domino subijcit, Castigo, inquit Apostolus 1. Corinth. 9. vers. 27. corpus meum, & in seruitutem redigo. Quæ S. Pauli castigatio, etsi humi-  
*S. Paul iei-  
 unio corpus  
 macerat.*

cationibus, ciliciis, verberibus, aquæ potu, & aliis macerationibus fieri potuerit, de ieiunio potissimum tamen interpretatur S. Ambros. epist. 82. ad Ecclesiam Ver- cellensem. & S. Chryso. in comment. ita loquitur in persona Pauli: Multum sustineo laborem, vt sobriè viuam: siquidem intractabilis est cupiditas, & ventris voracitas. Verumtamen eam cohibeo, & non trado me ipsum affectibus, sed omnem fero laborem, vt ab illis non distrabar. Non autem dixit: Perdo & punio, Non enim inimica caro est: sed castigo & redigo in seruitutem, quod Domini est, non hostis, magistri non inimici, exercitatoris, non aduersarii. Ne fortè cum aliis prædicauerim, ipse reprobuse efficiar. Quod si Paulus hoc timuit, cum talis esset præceptor, & post prædicationem, & orbis terrarum susceptum patrocinium formidauit, quid nos dicemus? Vt ergo sano & tractabili, ac morigero corpore Deo seruiant Clerici, crebrius ieiunia adhibeant.

§ 2. Ieiunij fructus est, quod sit expulsor dæmonū, Ieiunium pro-  
 eorundemq; suggestionum, tentationum cupiditatū: flagitor de-  
 incedentia restinguat, vt S. Athanasius, Basilius, Chryso-  
 stomus docet, & Christus Dominus, Matth. 17. versic. 21. Hoc

genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium. Et haec  
causa, quia ieiunium ignita daemone, & carnis iara  
extinguit, pudicitia magistra, fundamentum, & disci-  
plina nominatur à S. Ambrosio & Chryso. Quocirca Ch-  
rici, qui de daemone praesertim spiritu fornicationis,  
de impudicitia triumphare desiderant, ieiunia non  
praetermittant.

Ieiunium  
mentis il-  
lustrator.

§. Est & tertius ieiunij fructus, quod animum  
ponat & praeparet ad deprecationem & diuinorum  
contemplationem. Hinc S. Basilius dixit, quod ieiunium  
gat ad pietatem, & subministret sapientiam, & sanctus eho-  
nas, quod nitidiorum reddat animam, & B. Chryso. quod  
schola precum. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat  
animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum, multa cogita-  
tem. Sapient. 9. v. 15. Et tanto magis corpus animam im-  
primit, & quasi terrae affligit, quanto magis cibo potu-  
que oneratur. Ita Moyses 40. dierum ieiunio praepa-  
tus ad Dei colloquium accessit. Exodi 34. Similiter  
nii per 40. dies adhibita praeparatione Helias, Deus  
in monte Horeb sub tenuis aurae specie videre potuit.  
3. Reg. 9. Sic Daniel trium hebdomadarum ieiunio  
ad reuelationes diuinas percipiendas disposuit cap. 10.  
Quae Scripturae loca cum citasset B. Chryso. homil. 1. in  
Genes. Leues, inquit, ieiunium pennas producit, ut in facilius  
anima feratur, & summa contemplari queat, voluptatibus  
& omnibus, quae in hoc mundo habentur suauia, ipsa sit superius.  
Huc pertinet & illud, quod dixit sanctus Basilius, ieiunium  
aptari sacerdotem, ut rite sacris operetur. Qua de re & Sa-  
ctus Ambrosius libro de Helia & ieiunio cap. 10. Mystica  
que mensa, ait, ieiunio comparatur. Illa mensa, de qua dicit  
Dauid Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam aduersus me,  
qui tribulant me. Mensa ista famis acquiritur pretio, & potu-  
lum illud inebrians sobrietatem, caelestium sacramentorum  
quiritur. Cum ergo ieiunium ad preces, ad contem-  
plationes, ad sacrificium religiosè peragendum, tan-

tum momenti adferat, utique & illud Clericis libenter frequentandum. Quocirca & Ecclesia Catholica in profestis magnarum celebritatum diebus ieiunia instituit, ut animi propiores & alacriores ad diuinis reb. vacandū essent. *Sanctorū festa precipua, ait S. Ber. ser. in Vigilia S. Andrea Apostoli, Patrum sanxit auctoritas votiuis praue-  
nienda ieiunijs. Multa siquidem quotidie peccata contrahi-  
mus, & in multis offendimus omnes: nec tutum omnino est, ce-  
lebrandas suscipere festiuitates sacras, maximeque eas quae ma-  
xima sunt, nisi prius abstinencia purificatione praemissa, quo &  
digniores & capaciores inueniamur spiritualium gaudiorum.  
Discimus & ex hoc ipso, quanam sit vera via festiuitatis atera-  
na. Quid est enim, quod ieiunijs solennia praueuiamus, nisi quod  
per multas tribulationes oportet nos introire in regnum DEI?  
Act. 14. Et S. Chrysof. hom. 71. ad Antioch. Ieiunans, ait, leuis  
est, & alatus, & cum solertia orat, & improbas extinguit con-  
cupiscentias, Deum placat, & insurgentem animum humiliat.  
Propterea & Apostoli fere semper ieiunabant.*

*Cur pridie  
Sanctorum  
ieiunia.*

§. Etiam fructus ieiunij est: quod valeat ad placandum Deum, eique de peccatis nostris satisfaciendum, quo nomine superius B. Ambros. ieiunium appellat culpa mortem, excidium delictorum, remedium salutis, & reconciliationis sacrificium. Et monuit S. Cypr. ut iram & offensam Dei ieiunio placemus, sicut placauerunt Israelita, 1. Reg. 7. v. 6. Achab 3. Reg. 21. v. 27. Niniuite Ione 3. Cū itaque Clerici & conciliatum Deum habere, & aliis conciliare debeant, ieiunium aptissimum ad hoc ad- miniculum non aspernentur.

*Ieiunium  
reconciliatio  
cum Deo &  
satisfactio.*

§. Ieiunii quartus fructus est omnium, quasi virtutum, & bonorū operum amplissima messis. Etsi enim ieiunium sit actus elicitus temperantiæ, cum versetur circa delectationes cibi & potus moderandas; tamen à quamplurimis alijs virtutibus imperari potest, & ad earundem fines referri, & earundem merita consequi.

*Ieiunium  
ferax alia-  
rum virtu-  
tum.*

Qui ieiunat, ut suam fidem Catholicā apud sectarios

*Plurimarū  
testa- virtutum*



testatam faciat, exercet actum fidei. Qui ieiunat, velle  
ternam satietatem & felicitatem adipiscatur, facit  
actum spei. Qui ieiunat, vt Christum ieiunantem imi-  
tetur, aut proximum ad virtutis studium prouocet, ob-  
icit actum dilectionis. Qui ieiunat, vel quia vult  
vt melius oret, edit actum religionis. Qui ieiunat  
Ecclesie præcepto morem gerat, perficit actum obedien-  
tiae. Qui ieiunat, vt commissam culpam videretur  
& puniat, exequitur actum vindicis iustitiae, siue pe-  
nitentiae. Pascitur autem his virtutibus, & pascitur  
quibus animus, iuxta illud Saluatoris Iohannis quatuordecimo  
34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me,*  
quarum virtutum, & salutarium actionum maximum  
& oportunitatem suppeditat ieiunium, & ideo à Sa-  
cto Ambrosio & Chrysostomo refectio animae, cibus mentis appellatur.  
S. Leo serm. 2. de ieiunio 10. mens. *semper virtutis ieiunium  
bus fuit. De abstinentia prodeunt castae cogitationes, & arduae  
les voluntates, salubriora consilia. Et per voluntarias abstinen-  
nes caro concupiscentiis moritur, virtutibus spiritus immoran-  
Quin & à S. Athanasio cibus angelorum, vocatur ieiunium,  
vt qui ab omnibus cibis corporalibus abstinentes  
uina fruitione satiantur, Tobie 2. v. 19. Quibus ergo  
prius ieiunandum, quam Ecclesiasticis, à quibus  
nium requiritur absolutio virtutum?*

*Ieiunio soli-  
tatur Deus.*

§ 6. Fructus & hic ieiunij quintus est, quod ieiunium  
pia electione ad bonum finem susceptum, in  
Dei cultus, quatenus cultus pro omni actu, qui Deo  
placeat, vsurperur. Luca secundo, versiculo trigesimo septimo  
*Anna non discedebat de templo ieiunans & obseruans  
uiens nocte ac die. Seruiens scilicet DEO, siue colens  
DEVM. Et Apostolus Roman. duodecimo, versiculo primo. Ob-  
secro vos fratres per misericordiam DEI, vt exhibeatis corpora  
vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabilis  
obsequium vestrum. Vbi obtestatur nos Apostolus, vt  
carnalium cupiditatum refrenatione, quae maxime in  
ieiunio*

ieiunio corpus nostrum sistamus, & offeramus Deo, velut sanctam hostiam & rationabilem cultum. Tertul. l. de resurrectione carnis: Sacrificia Deo grata dico ieiunia, seras & aridas escas. S. Leo serm. 2. de ieiunio 10. mensis. Ieiunio pro consummata perceptione omnium fructuum dignissime largitori eorum Deo continentie libamen offertur. Et profecto si qui alij potissimum Deum colere debent Clerici, atq; ideo etiam sedulam ieiuniis operam dare.

§ 7. Eximius ieiunii sextus fructus est meritum & impetratio temporalium & sempiternorum DEI beneficiorum. De matre Samuelis ait S. Hier. l. 1. aduersus Iouin. Anna in anem cibo ventrem filio meruit implere, 1. Reg. 1. David periclitanti filio, vt vitam impetraret, ieiunio se afflixit. Sara ieiunio à dæmone liberatur. Tob. 3. v. 10. B. Athan. l. de virgin. Quisquis, ait, ab immundo spiritu vexatur, certum habere debet, hoc pharmaco ieiunio, inquam, statim spiritus malos afflictos abscedere, vim ieiunii metuētes. Niniuite ieiunio suam conseruarunt ciuitatē. Iona 3. Matt. 6. v. 7. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuā laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi [in proparulo.] Quid reddet? mercedem utiq; , opponit enim Dominus hoc ieiunium illi, de quo antea v. 16. dixerat. Exterminant facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amē dico vobis, quia receperunt mercedem suam. S. August. l. 2. de serm. Domini in monte c. 2. Si premium ab eo expectas, qui conscientie solus inspector est, sufficiat tibi ad promerendum premium ipsa conscientia. S. Basil. hom. 1. de ieiun. Ieiunium ad venturi seculi mala fugienda, & assequenda bonum est. Vtergo & supplicia illa deuient, & his bonis potiantur Clerici, non detreſcent laborem ieiunii.

ieiunio im-  
petrantur  
praesentia &  
futura bona

1. Reg. 11.